



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt nullus primas vel metropolitanus aliquid agat de Ecclesiis, vel parochiis
comprouincialium episcoporum & de ipsorum causis, sine eorum consilio
omnium, & nec ipsi aliquid agant sine eius consilio, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

*Eis fideli aliquorū audiat causas: quia irritē erunt aliter a&tæ, quām
bus missa in conspectu eorum omnium ventilatæ. Et ipse si fecerit,
cap. 2. coērceatur à fratribus.*

*Vt nullus primas vel metropolitanus aliquid agat de Ecclesiis,
vel parochiis comprouncialium Episcoporum, & de ipsorū cau-
sis siue eorum consilio omnium, & nec ipsi aliquid agant siue eius
consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias. Cap. LXVI.*

*Ex epist. Calist. pa-
pæ episco-
pis p Gal-
liæ consti-
tutis mis-
sa, ca. 13.* **N**ullus autem primas vel metropolitanus diœcesam Ecclesiam vel parochianum, aut aliquid, eius paro- chiæ præsumit excōmunicare, vel dijudicare aliquid, vel agere absque eius consilio vel iudicio: sed hoc obseruet, quod ab apostolis ac patribus & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: Id est, si quis metro politanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo pro priam pertinet parochiam, siue consilio & voluntate omniū comprouncialium Episcoporum extra aliquid a gere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit irritum, habeatur & vacuum Sed quicquid de com prouncialium coepiscoporum causis, eorūmque ecclesia rum & clericorum, atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omniū consensu comprouncialium agatur pontificum, non aliquo dānationis fastu, sed humillima & concordi administratione, sicut dominus ait, Non veni ministrari sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrūm, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprounciales episcopi cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta sanctorum constituta patrum, vt uno animo, uno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad pos sessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia super cuiusquam dispositione, nisi si vocatus ab eo cuius esse dinoscitur, vt quiddam ibi dis ponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumperit, damnabitur: & non solum ille sed cooperantes, eisque consentientes, quia sicut ordinatio, ita eius & iudicatio, & aliarum rerum dis positio prohibetur.